



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De Degradatione & depositione cap. 50.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

cerdos alterius parochi spōlos benedicere, sine eius licentia ausus fuerit, ipso iure est suspensus donec absoluator ab ordinario parochi qui interesse debebat. * Septima. Præfecta, seu Abbatissa Monasterii, Episcopum certiozem facere tenetur per mensem ante professionem alicuius faciendam, alioquin ab officio erit suspensa, quandiu Episcopo visum fuerit. * Octava. Episcopi concubinariū postquam à synodo moniti, non se emendauerint, ipso facto sunt suspensi.

De Degradatione, & Depositione. Cap. 5.

Degradatio est* suscepti ordinis perpetua depositio, Ecclesia nāque cū Ordinis characterē semel impressum auferrenon possit, vsum eius legitimum

in perpetuū aufert: & hoc est degradare. Veruntamen est, quod nō aufert omnem vsum simpliciter, quia etiā sacerdos degradatus potest cōsecrare, & Episcopus degradatus ordinare, quāuis grauissimè peccēt. Cū vero degradatio priuet omnilicito vsum officii, atque adeo officio quo ad vsum, priuat etiā beneficio, quia ordini nititur. Honoratamē canonicas recitare huiusmodi degradati iure tenētur. Duæ sunt degradationis species, verbalis, & actualis. Discrepāt in multis, nam actualiter degradatus perdit vtrūque priuilegium clericale, canonis, & fori, ita vt sit sub iudice seculari, & percutiens ipsum non incurrit excommunicationem.

*Secundo Concilium Tr. mutauit ius antiquum, & decreuit, quod depositio verbalis clerici, & Sacerdotis, fiat per Episcopum, vel eius vicarium generalem, actualis autem per ipsum Episcopum,

& episcoporum loco (si Episcopi haberi non possunt) conuocentur Abbates vsus Mirre, & Baculi ex priuilegio habentes, aut persone Ecclesiasticæ in dignitate constitutæ, ætate graues, & iuris scientia commédabiles. * Tertio Actualiter degradatus tradendus est curia seculari, non autem si verbaliter tantum, dummodo sit corrigibilis. * Quarto. Quia degradatio verbalis potest fieri contra contumacem absentem: actualis requirit semper præsentem. * Quinto. Vbi fit mentio simpliciter de degradatione, intelligitur verbalis, non actualis. * Sexto. Verbaliter degradatus potest per Episcopum restitui, actualiter verò tantum per Pontificem maximum. Promotus per saltum ipso iure est suspensus, tamen ordo maior tenet, in minori non suscepto, non enim est necessarium necessitate sacramenti, sed præcepti, ordinem in ordinibus

seruare. Sed qui maiorem ordinem ita suscepit, non potest in eo ministrare non suscepto inferiore, & ad vtrumque requiritur dispensatio quam potest dare Episcopus si non ministrauerit in ordine ita suscepto: nam secus non potest nisi delictum esset occultum Trid. sess. 24. cap. 6.

De Interdicto, & eius speciebus.

Cap. 51.

Interdictum est Ecclesiastica censura sacramentorum vsu, diuina officia, & sepulturam ecclesiasticam, secundum se ipsam, prohibens. Sacramenta namque, diuina officia, & sepultura tripliciter considerantur, primo quatenus ad fidelium communionem pertinent. *Secundo, ut sunt actus alicuius ordinis, vel officii. *Tertio. Secundum se ipsa, hoc est, quatenus sunt Ecclesie bona. *Primo modo illis pri-